



Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

2. Vtrùm mortale peccatum sit hoc Sacramentum negligere tempore
persecutionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

post Baptismum conferre. Quâ consuetudine vigente non erat conveniens unum sine altero dari, & uno recepto non statim alterum sibi procurare, nisi fortè mors interveniret. Dicit autem victuris hoc Sacramentum esse necessarium, non necessitate absolutâ, sed ad melius esse. Et maximè propter Ecclesiæ pro illo tempore consuetudinem. Semper tamen lethale peccatum est hoc Sacramentum ex contemptu omittere. Quamobrem graviter culpatur Novatus hæreticus, quod cum in lecto decumbens baptizatus fuisset, non receptâ Confirmatione ipsam postea negligenter. Et ut negligentiam suam excusaret, negavit homines post Baptismum inungendos esse Chrismate, ut refert Eusebius lib. 6, cap. 35. ex Epistolâ Cornelij Papæ. Et sic suo facto Novatus hoc Sacramentum censebatur contemnere.

ARTICULUS II.

*Vtrum mortale peccatum sit hoc Sacra-
mentum negligere tempore
persecutionis.*

CERTUM EST QUOD regulariter sit peccatum veniale hoc Sacramentum negligere, dum haberi potest. Tum prop-

ter

280 TRACTATUS VII.

ter detrimentum abundantioris gratiæ , tum quia homo se exponit sine illo multis tentationibus , & illusionibus diaboli : unde re-ctè monet Sylvius 3 . pag. quæst. 72 . ad art. 8 . quod si sollicitiores essent fideles ad suscep-tionem Confirmationis , non tot sortilegas , aut veneficas & magas sæculum nostrum ex-periretur , qui enim , inquit , hujus Sacramenti effectum non perceperunt , Diabolo facile sub-jiciuntur , non habentes hoc robur , quo facilius ipsi resistant: ordinatur enim principaliter quidem contra hostes visibiles , tamen secun-dariò contra invincibles .

Ad propositum verò nostrum dico satis probabile esse illam negligentiam esse morta-lem tempore persecutionis , & præcipue illis qui versantur inter hæreticos , ubi quotidiana sunt pericula perversio-nis , cùm ad hoc per se primò hoc Sacramentum sit institutum .

Sic tenet Sylvius ubi supra , & est senten-tia multorum Antiquorum , præsertim Du-randi in 4 dist. 7 quæst. 1 . Turrecremata c. i. de consecrat. dist. 5 . Et Waldensis & Paludani quæst. 2 . Et Petri de Soto in aureo suo tractatu de institutione Sacerdotum .

Ratio autem est . Quia magna est teme-ritas , & præsumptio de suis viribus , ne-gligere hoc tam exquisitum munimen tem-pore , & loco persecutionis , quo periculum es-set aut fidem abnegandi , aut erubescendi con-fiteri quando opus es-set ,

Imo-

DE
Imo
lis con
finem
Cypria
sine ar
Ho
menta
mè ill
Conf
forum
tequa
expon
tia Sa
tur.
rium
haret
ponu

Vtrū

I N
I B
Ter
lib
clesi

Imo censeri deberet talis negligentia virtuatis contemptus illius Sacramenti , ad illum finem singulariter instituti. Unde Sanctus Cyprianus Epist. 54. ait : *Contra rationem est sine armis ad pugnam accedere.*

Hoc etiam videntur convincere argumenta præcedenti articulo objecta , maxime illa tanta sollicitudo Apostolorum , pro Confirmatione fidelium recenter conversorum. Et expectatio adventus Spiritus antequam Apostoli se persecutionibus auderent exponere. Per hoc autem Sacramentum gratia Sancti Spiritus ad eundem finem conferatur. Ac proinde hoc planè videtur necessarium esse illis qui continuò versantur inter haereticos , aut illorum persecutionibus exponuntur.

ARTICULUS III.

Vtrum conveniens sit , pueros confirmari ante usum rationis , in locis missionis.

IN primitivâ Ecclesiâ pueri statim post Baptismum confirmabantur , uti testatur Tertull. de Baptismo cap. 7. & 8. Et Rabanus lib. 1. instit. Cleric. cap. 10. Alcuinus de Ecclesiast. Officiis c. de Sabbatho sancto. Et omnes